Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tum quo ibi sit plena felicitas
nulla penitus erit anxie-
tas Est item ibi libertas a neces-
sitate scilicet coacta que angariat
hominem ad multa sed ut habetur ad
Gal. iiii. Illa relin que sursum
est libera est que est mater nostra
ergo non sumus ancille filii sed
libere Unde Mt. xviii. Ergo fi-
lii liberi sunt tributum scilicet non
solventes vel anxietate qua
turbata quia humana natura
multipliciter est serva ut habetur in
prologo methaphisice sed in presentia Iuxta
illud Apoc. vii. Non esurient
neque sicient amplius neque
cadet super illos sol neque ullus
estus beatitudo enim est ut dicit
Boecius status omnium bonorum

Nota de felicitate

perfectus De qua Aristoteles primo
ethicorum felicitas inquit est quod
optimum quod pulcherrimum quod de-
lectabilissimum Omnia enim bona
omnia pulchra omnia delectabi-
lia intueatoris aspectui et fe-
licitate conveniunt Unde illud
Thob. x. Propter attribui omnia si-
mul omnia habentes sunt enim omnia
bona ibi Iuxta illud Deut.
xxviii. habundare te faciet
dominus omnibus bonis Sunt
ibi omnia pulchra quia Dyonisius
in libro de divinis nominibus
dicit quod deus omnium pulchrorum
fontalem pulchritudinem
in se habet Est de civitate superne

patrie deus Apoc. xxi. Pla-
tee civitatis illius aurum
mundum tanquam vitrum pelluci-
dum quia radiantius auro quia pu-
rius vitro illius patrie ubi
in suo decore deus videbitur
ubi in suo puro esse pure
mentis intuitu cognoscetur Sunt
ibi omnia delectabilia terra
enim illa fluit lacte et melle
Exod. iii. id est gustu divini-
tatis et humanitatis ubi
homo ingreditur ad perlustra-
tionem divinitatis et egreditur
ad cognicionem humanita-
tis et pascua inveniet eterne
viriditatis Joh. x. In dilectione
et cognitione deifice trinitatis
ibi etiam ascendit de deser-
to huius mundi deliciis afflu-
ens innixa super dilectum su-
um Cant. viii. quia secundum Gregorium
In illo eterni regni thala-
mo visioni nostre deus coniungitur
que scilicet visio numquam iam in
perpetuum ab amoris sui
amplexibus evelletur Crisostomus
que erit voluptas que le-
ticia cum Christo esse ubi ad propri-
am anima ingenuitatem re-
gressa cum fiducia iam cepit
inde dominum suum explicare
non potest illius leticie mag-
nitudo et licet in domo pa-
tris mansiones multe
sint quantum ad merita et